Statuta Capituli nostri Rodgaviæ
descripta per me M. Henricum
Sotirian Tripolitanum pro tpe
pastorem oppidi Steinheim A°. 87.
15 Decembris. 1587.

In noie S. et individuæ Trinitatis
P. et F. et S.S. Amen. Ab hoc sincera
fidelium devotio semp invigilare debet
affectibus pronis, ut Eccl.ca disciplinæ
vigor, divinig cultus augmentum, ac
Deo dicatæ frequis obiae puritas, ad
laudem et gliam altissimi, sic in hortis
plantetur Ecclesiæ, ut germinando pullu
lent, et pullulando germinent vitæ
fructum. Nos igr Ecclesiar Rectores
Pastores, plebani, Altaristæ, et Capella
nj, ceterig Ecclesiar, Capellar, Altariumq
Rectores, per Capitulum rurale Rodgaviæ
Praepositurae Aschaffenburgen Mog.nae
dioecesis constituti, ipsum capitulum
facientes et repntantes, studio pervigili
et devotione pari, prout Deus permi
sit, intendere cupientes ut nos et
capitulum pfatum in foelici statu
et tranqllitate regulariter disciplinæ
nrae et nobis commissae plebi subiectae
saluti, Ecclesiisq nris et capellis in debitis
divinor officiis, et regimine salubri
aiar q remedio, nos et nros in hmoi
Ecclesijs et capellis successores honesta
conversatione, vita laudabili, opere simili
et exemplo in pacis amoenitate auctore
Dno salubr prospicere valeamq. Sana
itaq ac matura deliberatione interos
habita, ordinare ac statuere decrevimq
ut infra scriptæ ordinationis articuli
sive statuta p nos et nros in nris Ec-
clesijs et Capellis Rectores, vicarios, Alta
ristas, et capellanos firmiter ac inviola
bilr psentis futuris tpibus sub psito
iuramento p quemlibet faciendo obser
ventur. Et quia in administrandis
plationibus seu platuris nihil magis
expedit, quam eos dignitatibus seu

125

sed praelatis perfici, qui exemplo bonae
conversationis, honestae vitae, et dis-
cretionis moderamine vigent, Statui-
mus ut talis in Decanum nostri Capi-
tuli eligatur, qui sit competentis doctrinae
honestorum morum, laudabilis conversatio-
nis, providus in rebus agendis, Capi-
tuli et communem (non suam) utilitatem
pertractans, qui prodesse et praeesse possit Ca-
pitulo et personis eiusdem.

Qualis in Decanum eligendus.

Quomodo electio fieri debeat.

Cuius electio sic fieri debet, Eligantur de
non curatis tres viri providi et
discreti, qui fide data loco iuramenti
promittant recipere à curatis Capituli
electionem futuri Decani, et illam fi-
deliter fraude et dolo semotis inscri-
bere, et una cum Notario notare,
quibus personis sic electis, Diffinito-
res, Camerarii, ac caeteri Electores
tactis Scripturis sacrosanctis ad sancta
Dei Evangelia corporaliter iurabunt.
Quod nec odio, timore, amore, commodo
amicitia, familiaritate, prece vel muneris
quorumcunque, sed solius Capituli et personarum
eius commodo et utilitatibus eius praesentis
in huiusmodi electione procedant, prout in
districto iudicis examine velint red-
dere rationem. Et qui taliter electus in
Decanum ex pluralitate votorum fue-
rit sive curatus sit sive non, ab ipso
Clero nostri Capituli pro Decano habeatur.
Quod si contingeret, ut in huiusmodi electio-
ne Decani, fieret discordia, ita
quod electi essent duo aut plures Decani
qui pares voces in electione haberent, ad
huiusmodi discordiam sedandam, curati
Capituli, debent eligere quoque personas
alias, honestas et discretas, de
non curatis, et si quoque una cum No-
tario, receptis prius votis et vocibus per
ipsas tres personas prius conscriptas
sub eorum praestitis iuramentis debent
eligere ex duobus aut pluribus Deca-

nis, sic ut si forte pariter electi, unum ipsorum in Decanum nostri Capituli, et si hos quamque seu partem maiorem, sic electus fuerit in Decanum, ille permanere debet in Decanatu, et à Domino nostro Praeposito Aschaffenburgensi confirmari, et reliqui sibi cedere.

Confirmatio Decani à Domino Praeposito facienda.

Controversia et discordia sic sopita Decanus Capituli Rodgaun iurabit ad sancta Dei Evangelia, iuramentum immediate infra sequens.

Forma Iuramenti per Decanum faciendi.

Ego N. electus in Decanum Capituli Rodgaun iuro quod ex nunc, et inantea fidelis ero Capitulo et personis eiusdem, bonum et utilitatem ipsorum promovendo, damnum impediendo. In causis ad me deductis et delatis personarum acceptor non ero. sed meram iustitiam unicuique pro posse et nosse ministrabo. non attendendo munera odium vel favorem: dolo et fraude quibuscunque remotis. Ita iuro ut me Deus adiuvet, et conditores sacrorum Evangeliorum.

Statuit praeterea Capitulum nostrum, quod postquam electus fuerit Decanus et eligantur quatuor Diffinitores viri providi et honesti curati. Si prius electi non fuerint. Quorum officium est una cum Decano tanquam Consiliarii, causas Capituli et personarum eiusdem tractare, discernere et diffinire secundum iura et statuta nostri Capituli. Et Decanus non praesumat maxima, ardua, et gravia tractare, nisi prius eorum consiliis utatur. Si vero causa tractanda dilationem temporis non pateretur et Dominus Decanus ipsos Diffinitores statim habere non posset, tunc convocet personas alias viciniores, et consiliis earundem desuper utatur. Si autem causa tractanda sit ardua et gravis, quae per Dominum Decanum et Diffinitores diffiniri ac determinari non possit, tunc Decanus faciet Capitulum speciale, sub expensis tamen partium collitigantium.

Quatuor Diffinitores eligendi.

Eorum officium.

Juramentum aut electorum Diffini-
torum sequitur et est tale.

217 Ego N. electus in Diffinitorem Ca-
pituli Rotgaun. Iuro quod ex-
nunc et in antea fidelis ero, Domino
Decano, Camerario, Capitulo ac fratribus
eiusdem Capituli, in causis ad Dominum
Decanum, Diffinitores, Camerarium
eosdem et me deductis et delatis
personarum acceptor non ero. Sed omni-
cunque quantum in me est, puram et
meram iustitiam diffiniendo mi-
nistrabo pro posse et nosse, non
attendendo munera, odium vel
favorem, dolo et fraude quibus-
cunque procul motis, sic me Deus
adiuvet, et conditores sanctorum Evange-
liorum.

A quibus eligendi Diffinitores. Huiusmodi vero Diffinitores eligi
debent per Dominos Decanum, et alios
superstites Diffinitores.

Electio Camerarij. Deinde eligatur Camerarius per perso-
nas Capituli nostri communiter qui sit hones-
Qualitas Camerarij. tus, curam animarum habens, providus,
discretus et expeditivus, qui curam
et diligentiam habeat de singulis
Eius officium. rebus, censibus, frumentis, absentes
iucundis adventibus, et alijs obventio-
nibus quibuscunque, et distribuenda qui-
cunque sub nomine Capituli, distribuat fideliter.
Et sic de omnibus perceptis ac distributis
rationem legalem et integram suo tempore
videlicet in Capitulo Selgenstatt celebrando
faciat Decano, Diffinitoribus, atque
alijs fratribus, si qui adhoc deputati
fuerint. Quod si quis ita in Cam-
erarium electus fuerit, et onus illud
Poena recusationis. suscipere in se recusaverit, dabit irre-
missibiliter pro poena .10. florenos auri
et nihilominus sequentibus annis denuo
in Camerarium eligi potest. Et omnis
Camerarius in officio suo ad bien-
nium permanebit officium fideliter complens.

Juramentum Camerarij sequitur et
est tale.